

Latine

APOLLO ET DAPHNE

Primus amor Phoebi Daphne fuit. Apollo, victa serpente Pythone, Cupidinem adducto nervo cornua flectentem viderat et superbus eum riderat, quia Cupido minus fortis quam is erat et arma umerum suum decebant. Filius Veneris Apollini dixit: «Figat, Phoebe, te meus arcus». Hoc dicto, evolavit et duas sagittas e pharetra sumpsit.

Sagittarum una, aurea et acuta, amorem facit, altera, obtusa et plumbea, amorem fugat. Cupido in nympha hanc plumbeam fixit, in pectus Apollinis illam auream iecit. Itaque protinus alter amat, altera nomen amantis fugit. Phoebus fugienti clamat:

'nympha, mane! hostis non sum! Iuppiter est genitor; medicina et artes a me regitur!'

Nympha flumini clamat: 'da mihi opem, pater, et muta figuram!' Statim crescunt crines in frondes et brachia in ramos, atque veloces pedes radicibus haerent. Hanc quoque Phoebus amat osculaque ligno dat. Et deus: 'quoniam uxorem ducere non possum, arborem duco' ait 'et tu, laure, in certaminum frondibus semper mecum aderis!'

[Ovidio, *Metamorfosis* I, 452-567]

**M^a Teresa Beltrán Chabrera, M^a Teresa Cases Fandos,
Mercedes García Ferrer**

Grupo Galatea

